



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 53. Concilium V. in Oriente recipitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI.
A.C. 554.

§. LIII.

Concilium V. in Oriente recipitur.

vit. S. Sab. **A**ctis Concilii quinti ab Imperatore Justiniano Jerosolymam transmissis, omnes Episcopi Palæstinæ in Synodo congregati consenserunt, eaque viva voce & Scripto confirmarunt. Excepto Alexandro Episcopo Abylensi, qui hac de causa Episcopatu depositus post aliquot exinde annos Constantinopoli vita exiit terræ motu obrutus, forte illo, qui anno 557. hanc Civitatem afflixit. Tunc vero Monachi Novæ Lauræ S. Sabæ Damnationem Origenis impatientissime ferentes a Communione Ecclesiæ Catholicæ discesserunt. Eustochius Patriarcha, cum per menses octo docendo & hortando efficere non potuisset, ut saniores essent, tandem auctoritatem Mandatorum Cæsareorum adhibuit, & Athanasii Ducis opera usus non modo ex Novæ Laura, sed etiam ex tota Provincia pertinaces ejecit. In locum expulsorum induxit Eustochius Monachos Catholicos centum viginti, (*) qui Novæ Lauræ possessionem anno post mortem S. Sabæ vigesimo

(*) Hier hat der Deutsche Uebersetzer zum drittenmal die Worte: *six-vingt Moines.* übersetzt 26. orthodoxe Mönche. Er muß die Französische Sprache nicht vollkommen inne haben.

gesimo tertio, id est, anno 554. adierunt. *Sæculum VI.*
 His adnumerabatur Cyrillus Scythopoli- *A. C. 554.*
 tanus, qui S. Sabæ vitæ hanc Historiam
 subjunxit. Is ad istud Monasterium mis-
 sus est Auctore S. Joanne Silentario, qui
 exin triennio exacto adhuc in vivis age-
 bat, cum idem Cyrillus Joannis vitam
 scriberet, nempe anno 557. tunc ætatis
 annos centum & quatuor numerantis. *ap. Boll. 13.*
 Ecclesia ipsius Memoriam 13. Maji ho- *Maji. to. 14.*
 norat. *p. 232.*

§. LIV.

Schisma in Occidente.

In Occidente multæ Ecclesiæ Conci-
 lium V. rejiciebant, quod crederent,
 damnationem trium Capitulorum Aucto-
 ritati Concilii Calcedonensis nocere. La- *Pelag. II. ep.*
 tini Linguam Græcam ignorantes, Theo- *ad Epi. Istr.*
 dori Mopsuesteni errores nesciebant, & *c. 6. p. 621.*
 ob locorum distantiam videre non pote-
 rant, quantum scandalum ipsius & Theo-
 doreti libri in Oriente crearent, & quan-
 tum in iis gloriarentur Nestoriani præ-
 fertim in Syria superiore, ubi tam altas
 hoc malum radices posuit, ut post tot
 Sæculorum lapsum hodieque non exi-
 guum Nestorianorum numerum inveni-
 re sit. Occidentales timebant, ne Euty-
 chianis occasionem præberent Concilium
 Calcedonense calumniandi, & Vigili Pa-
 pæ inconstantia haud parum Auctoritati

B b b 3

ipſius